



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 15. Prouerbium quoddam, quo Cicero De senectute vsus est, ex
Euripide sumptum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

ἀνθρώποι. Cū enim diceret, se, si perfidelem haberet tabellarium, omnia de rep. scripturum planè: sin aliter esset, subobscurè quidē: sed tamen, vt Atticum faciliè intellecturum confideret: *In iis*, inquit, *epistolis me Lelium, te Furium faciam. cetera erunt ἐν αἰνυμοῖσι.* Sumpsisse autem hoc videtur ex Euripide: apud quem in Rheso ita loquitur chorus:

Τὰ δ' ἐν ἐν αἰνυμοῖσι σημαίνει κενός.
Σαρῶς γὰρ ἀνδρῶν συμμάχους ἀλωλότους.

Proverbium quoddam, quo Cicero De Senectute vsus est, ex Euripide sumptum esse.

CAPVT XV.

PRINCIPIVM libri De Senectute è primo Platonis πολιτειῶν propè ad verbum conuersum esse, nemo paulum modò humanior nescit. sed quod ibi dicentem facit Scipionem de quibusdam senibus, quibus ita odiola senectus esset, vt onus se Ætna grauius dicerent sustinere: id vnde sumptum sit, à nemine, quod sciam, proditum est. Eruditus sanè vir, ac multæ lectionis, qui tot millia παροιμιῶν vnum in corpus contulit, hoc non vidit. Est autem ex Euripide: apud quem *Ἡρακλῆς μαινομένῳ* chorus, qui è senibus constat, iuuentutem quidem celebrat ac prædicat: malam verò, vt veteres loquebantur, ætatem miris modis exagitat, eique multa mala precat. inter cetera autem, eam dicit onus esse Ætna grauius, quo perpetuò prematur senum caput. Versus hi sunt: qui tamen vulgo aliter leguntur. sed ego ita legendos puto:

ἀ ρεῖπας μοι φίλον.
τὸ δ' ἄνεως ἀχθος αἰεὶ
βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων
ὄν κερτὶ κῆρ.

M Sed

nt. Mikret
na Lektionen
LII
25

Sed & apud Plautum non rarò ita fenes de etate fa-
vt de graui aliquo ac ponderoso onere loquuntur.

Vt Cicero dixit, conficere famam, ita Græci dicunt

ποιεῖν ὄνομα.

CAP. XVI.

IN dialogo De clavis oratoribus ita de Catulo
quitur Brutus: *Catulus erat ille quidem minimè in-
ctus, vt à te paulo est antè dictum: sed tamen suauitas
& lenis appellatio litterarum bene loquendi famam con-
cerat.* Videtur autè hoc loquendi genus, quo res que
piam alicui famam conficere dicitur, à Græcis tra-
nasse. Socrates quidem certè apud Platonem in Apo-
logia eo vtitur. cum enim dixisset, mirum non
videri posse, si nulla in re ceteris antecellebat, quæ
tandem ipsi tantam famam, tantamque inuidiam
conciliare potuisset: *Ego verò, inquit, conabor demo-
strare vobis, quid mihi & famam & calumniam conser-
uit.* Verba, quibus hoc dicit, hæc sunt: *νὸν ἀπο-
περήσομαι ἀποδείξαι, τί ποτ' ἔστι τὸτο, ὃ ἐμὸν περιελάττω
τε ὄνομα, καὶ ἢ διαβολῶν.*

*Quod Theopompus de Lacedæmonis dixit, idem de
fortuna quoque meritò dici posse.*

CAP. XVII.

EVOLVEBAM nuper Theodori cuiusdam Me-
tochitæ librum, cuius mihi copiam fecerat homo
cum philosophiæ ac Theologiæ scientia præstans, tum
ita comis atque amabilis, vt eum ipsæ suis manibus
Gratiæ finxisse ac composuisse videantur, Sixtus Mo-
dices Dominicanus. continet autem liber ille ce-
tum viginti non sanè contemnendas variis de rebus
disputationes Græco sermone conscriptas: quarum in
vna reperimus hæc quæ subiiciemus in fortune in-
stabilitatem